



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

10. An quilibet Sacerdos possit peccata venialia absolvere? Et an hoc etiam extendatur ad mortalia legitimè confessa? Et an nullus Prælati Papa inferior possit hanc jurisdictionem à Sacerdotibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

difficili. 3. ubi sic asserit. Quamvis forma absolutio- nis supradicto modo prolata sit sufficiens ad valo- rem Sacramenti, illicite fiet si non profertur modo indicativo; quia erit contra consuetudinem Ecclē- siæ solo modo indicativo utentis, id tamen non erit peccatum mortale, sed veniale, quia ea mutatio non est gravis, sed levis. Ita ille.

RESOL. IX.

An si quis bona fide confiteatur cum simplici Sacer- dote de venialibus, & mortalibus, valida esset ab- solutio?

Et an etiam si quis cum attritione cognita confitere- tur cum simplici Sacerdote non approbato bona ta- men fide, si moriatur ante aliam confessionem, sal- vus fiat?

Et infertur contentem bona fide peccata reservata manere absolutum; unde si Sacerdos culpabiliter absolvit, tenet absolutio? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Ref. 29.

potestatem conficiendi tale sacramentum propter jurisdictionem, quam habet circa peccata venialia confessi, inde est ut possit hominem sanctificare, & consequenter mortale peccatum expellere, licet ab illo per se non absolvat. Vide Suarez de Peniten- tia, disp. 31. sect. 2. n. 6. & Reginaldum in Pra- xi. tom. 1. lib. 8. num. 81.

3. Hinc ego olim rectè respondi, quod si quis etiam cum attritione cognita confiteretur cum sim- plici Sacerdote non approbato, bona tamen fide, si moreretur ante aliam confessionem, salvus fiet, quia absolutio illa fuit valida, & gratiam sa- cramentalem contulit. Ex his etiam infertur, con- fitens bona fide peccata reservata manere absolu- tum; quia cum non desit sufficiens jurisdictio in ab- solvente, si alioqui accedat bona fides, & dispo- sitio ex parte penitentis, validum efficitur sacra- mentum, accedit autem bona fides penitentis; quia ignorat esse casum reservatum, vel quia inculpa- biliter putat, illud posse absolvi à quolibet. Unde etiam si Sacerdos culpabiliter absolvat, tenet abso- lutio; quia concurrunt omnia ad validitatem sa- cramenti: & solum manet penitens cum onere ex- plicandi reservatum Superiori, quoties illud nove- rit esse reservatum. Et ita docet Amicus in Curs. Theol. tom. 8. disp. 13. sect. 10. n. 223.

& Sult. hu- jus Ref. & omnes Ref. eius anno, & considera distinctione doctrinæ il- lius, & sta- rum hujus anno.

Sup. hoc cō- trarium legi- tur in Re- sol. 1. signan- ter à §. sed hanc. & seq. infra in tr. 6. in Refol. 8 §. ult. & in Re- sol. 25. & 40.

RESOL. X.

An quilibet Sacerdos possit peccata venialia absol- vere?

Et an hoc etiam extendatur ad mortalia legitime con- fessa?

Et an nullus Prælatus Papa inferior possit hanc ju- risdictionem à Sacerdotibus auferre?

Et notatur, quod in supradicto casu, si quis confi- tetur sola venialia, si habet aliquod peccatum mor- tale nondum confessum, quod tamen oblitus est, ab illo remanet absolutus, etiam si Confessarius sit sim- plex Sacerdos? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Refol. 86.

§. 1. Afirmativè respondendum est, non quia in tali casu non requiratur jurisdictio, sed quia Summus Pontifex, & Ecclesia hanc jurisdictio- nem commisit, seu delegasse, creduntur cuilibet Sacerdoti non excommunicato, eo ipso quod illum ordinat; quod colligitur tum ex Doctorum aucto- ritate, tum ex natura culpæ venialis, quæ eam non fit materia necessaria confessionis, nec indigeat scientia peculiari Confessarius, ut ab illis absolvat, vel debitam injungat penitentiam, non erat ratio, ob quam requireret peculiarem ministerium, sed quicumque Sacerdos esse possit, ut ita pleniori veritate acciperentur ea verba, quæ illi dicunt, cum ordinatur, Accipe Spiritum sanctum, &c. & ita hanc sententiam tenet Sanctus Doctor in 4. disp. 18. quest. 2. artic. 3. quest. 1. ad 3. Suarez tom. 4. disp. 26. sect. 2. num. 8. Henriquez lib. 6. cap. 8. num. 1. Granado in 3. part. contr. 7. tract. 10. disput. 4. sect. 1. num. 2. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 9. n. 35. in Ref. 4. §. Præpositus in 3. part. quest. 7. de ministro Sacram. penitent. dub. 5. num. 37. Tannerus tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 3. num. 59. Valquez tom. 4. q. 93. art. 1. dub. 6. n. 5. & 10. Fagundez pr. 2. lib. 7. c. 1. n. 15. & alij penes ipsos.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Refol. 39. à principio usque ad §. Quintus ca- sus, & ut ma- gis clarescat doctrina hu- jus Ref. lege- bi Ref. 35. & omnes Ref. & §§. eius primæ & secundæ not. & cur- sim ibi in Ref. 41. in fi- ne §. sed cir- ca & brevi- ter cum Sa- las hoc ne- gante ibid. in Ref. 4. §. 2. ad mediū vers. Nam cito.

2. Non desinam tamen hic pro curiosis adnota- re, quod licet supradicta opinio sit tantorum Docto- rum auctoritate fulcita, non desuit nostris temporibus, qui illam acriter impugnet; & is est doctus Philip.

§. 1. Afirmativè respondet Mazuchellus, de Casibus reservatis, disp. 1. quest. 3. diffi- cult. 14. n. 43. & 44. ubi sic ait: Inferior Sacerdos non potest absque causa rationabili, & urgente necessitate absolvere penitentem à non reservatis, re- mittendo postmodum illum ad superiorem pro re- servatis, Dixi, absque rationabili causa, vel urgen- te necessitate; hac enim concurrente, poterit in- ferior Confessarius ita absolvere. Verum tamen est quod si absque ulla legitima causa absolveret, ad- huc tamen sacramentum teneret, quoties penitens bona fide confiteretur. Et ratio est, quia in peni- tente adesset bona fides, ut suppono: debita item dispositio Confessio item esset integra, & Con- fessarius habet intentionem absolvendi ab iis pec- catis, à quibus possit: ergo validum foret Sacra- mentum. Tum quia si penitens peccata illa reser- vata fuisset oblitus, ea fuissent indirectè deleta, & pro iis delendis suffecisset jurisdictio inferioris Con- fessoris: ergo adhuc debentur, etiam si ea à peni- tente manifestentur: ad hoc enim, ut stet sacra- mentum, sufficit quod Confessarius habeat jurisdic- tionem circa partem materiæ à penitente exhibi- tæ: & sic ea peccata, circa quæ habet jurisdictio- nem, & directè delentur; cætera verò circa quæ illam non habet, qualia sunt reservata; indirectè tantum, id est per concomitantiam, ex eo quod non possit unum deleri sine alio. Tum quia, si & Con- fessarius bona fide absolveret, & penitens bona fide confiteretur, ex eo quod hic putaret illum ha- bere jurisdictionem super reservata: Confessarius verò putaret peccata confessi non esse reservata, eorè in hoc casu stare Sacramentum, & tamen bona illa fides non suppleret jurisdictionem, quod argumento est, quia si penitens veniret postmodum in cognitionem, Confessionem non habuisse hanc jurisdictionem, teneretur iterum peccata reser- vata Superiori subicere; ergo adhuc stabit sa- cramentum, etiam si mala fide Sacerdos absol- vat: bonitas enim, vel malitia Confessoris non reddit irritum Sacramentum quoties illi non deest intentio.

2. Dices, sequeretur penitentem obstructum venialibus, & aliis mortalibus non reservatis posse validè absolvi à simplici Sacerdote, quoties illi bona fide confiteretur, & putaret illum habere jurisdic- tionem. Respondeo, concedendo sequelam, li- cet enim simplex Sacerdos per se judicare non pos- sit de peccatis mortalibus, tamen quatenus habet



Philippus Faber de penitent. in 4. sent. distinct. 17. quest. unic. disput. 25. cap. 3. num. 71, ubi sic ait: Ad aliud verò de peccatis venialibus respondetur cum Navarro in cap. placuit, de penit. disput. 6. num. 22. nullum textum me vidisse, quo probetur, eum qui peccata venialia habet, posse cui voluerit confiteri. Multi tamen affirmant hoc esse verissimum ex consuetudine Ecclesiae, & Suarez disp. 26. sect. 5. antiquos Doctores supponere hanc consuetudinem Ecclesiae, quòd quilibet Sacerdos ab eis absolvere possit, quod probat Suarez, quia *omnis unusquisque sexus*, &c. in quo est praeceptum de peccatis mortalibus; & communiter Doctores cum dicunt, confessionem cadere sub praecepto, intelligit confessionem de peccatis mortalibus, non de venialibus, quia haec non sunt materia necessaria confessioni, & hujus sententia est Scotus, praesertim *disp. 17. quest. 1. art. 3.* Verum non video quomodo ex hac communi sententia, quòd praeceptum confessionis obliget solum ad peccata mortalia confitenda, deducatur, quòd sacerdos quilibet possit absolvere à peccatis venialibus, quia praeceptum confessionis est de illis peccatis, quae separant à charitate, & inducunt ad damnationem aeternam; cuiusmodi sunt mortalia; de venialibus verò cum maneat cum charitate, neque ullus propter illa damnetur, ideo de illis nullum datur praeceptum. Tamen cum sacerdotes per Ordinem sacramentalem instituti sunt iudices, ut *suprà* diximus, praesertim ex Concilio Tridentino, & ad exercendum iudicium validè necessaria sit jurisdictionis potestas, proculdubio sequitur sacerdotem simplicem non posse absolvere nisi eos, in quos habet jurisdictionem tam de peccatis gravibus, quam de levibus. Unde videmus nullum iudicem posse condemnare subditum alterius iudicis, neque ad minimam poenam, nec de minima re. Licet ergo peccata venialia sint levia, tamen quia cum dimituntur à sacerdote per absolutionem, dimituntur per modum iudicij, non videtur sacerdos sine jurisdictione posse ab illis absolvere. Nec valet ratio Soti in 4. distinct. 18. quest. 4. articulo secundo ad 3. quòd ubi nulla est potestas cogendi, ibi nulla est jurisdicção; nemo autem potest cogere aliquem ad confitendum peccata venialia, ergo ad illa non requiritur jurisdicção. Contra enim arguitur sic. Jurisdicção non solum requiritur propter coactionem, sed propter validitatem actionis, jurisdicção in sacerdote non requiritur ad cogendum poenitentem ut confiteatur; sed illa coactio est à legislatore Christo Domino instituyente praeceptum confessionis; sed requiritur ad hoc ut confessio, & absolutio validè fiant; idèd licet non teneatur ad confitendum venialia, tamen si velit illa confiteri, absolutio illorum à sacerdote non potest esse valida, si desit jurisdicção. Praeterea potest eodem modo cogere quoad venialia, quomodo potest quoad mortalia, scilicet obligando ad satisfactionem saltem sub poena peccati venialis, & potest ligare non absolvendo, si non videat ipsum dispositum. Unde quod dicunt Suarez *disp. illa 26. sect. 5.* per consuetudinem Ecclesiae posse quemcumque sacerdotem à peccatis venialibus absolvere, cum statim est sacerdos, & quòd haec sententia communiter ab omnibus Doctores antiquis supponitur vera, est mihi valde dubium. In primis his temporibus neminem sacerdotem vidimus audire sacramentaliter confessiones, nisi habeat auctoritatem jurisdictionis ordinariam, vel delegatam specialiter, & hanc fuisse antiquam consuetudinem, colligitur ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 7.* ubi inquit, In eadem Ec-

clesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis. Et in principio illius capitis persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet jurisdictionem. Ex quibus colligitur morem Ecclesiae semper fuisse Ministris huius sacramenti explicitè dare auctoritatem ordinariam, vel delegatam, siquidem fuit semper consuetudo delegandi auctoritatem aliquorum casuum, & aliquorum non. Praeterea qui dicunt fuisse semper consuetudinem in Ecclesia, quòd quilibet sacerdos possit absolvere peccata venialia, sunt illi DD. praesertim, qui dicunt hoc licere sacerdotibus, quia ad dimittenda haec peccata non requiritur jurisdicção, ut Sotus *loco supra* nunc citato, vel qui dicunt jurisdictionem quo ad haec sacerdotem accipere à poenitente, ut Cajetan, *loco superiori e. notato*, vel à Deo immediatè per designationem personae sacerdotis, ut ait Navarrus *ubi supra*, vel dicunt hanc jurisdictionem immediatè de venialibus datam esse sacerdotibus in Ordine sacro ut Capreolus & alij *suprà* citati. Omnes autem ista opiniones superius rejectae sunt ostendendo; quòd auctoritas Ordinis, & jurisdictionis auctoritas sunt distinctae, & quòd ambae de jure divino requiruntur ad integrandam perfectam potestatem proximam sacerdotis absolvendi à peccatis. Dicere autem, ut dicit ultima opinio, & Sotus, quòd Christus Dominus in illis verbis, *Accipite Spiritum sanctum*, &c. dederit absolutam facultatem sacerdotibus absolvendi à venialibus, non à mortalibus, est omninò vanum, quia ibi instituit sacramentum in remedium contra peccata indistinctè, & propterea ratio non exoptulatur, ut ibi constituat sacerdos pastores, & iudices animarum cum plena potestate in causis levioribus, quae sunt peccata venialia; in causis gravioribus verò, ut sunt mortalia, cum auctoritate diminuta. Quòd etiam dicit Suarez hanc jurisdictionem absolvendi à peccatis venialibus esse omnibus sacerdotibus datam ab Ecclesia, non autem esse ordinariam, ut patet, sed esse delegatam, mihi videtur esse sine fundamento, & voluntaria; nam oporteret adducere aliquem textum, vel auctoritatem viri gravis antiqui, qui attestaretur hanc auctoritatem, & jurisdictionem esse collatam sacerdotibus simplicibus ab Ecclesia; Ego, ut inquit Navarrus nullibi lego, nec ipsi legerunt, nec video nunc in usu esse consuetudinem hanc ut sacerdos non admissus ab Ordinario absolvat etiam à venialibus imò puto, salvo semper meliori iudicio, quòd si quis hoc attentaret, nihil faceret, & peccaret saltem venialiter, quia committeret sacrilegium, in re tamen levi, quia mitteret manum in messem alienam, cum non appareat an habeat hanc jurisdictionem. Et haec omnia docet Faber *ubi supra*.

3. Sed non est deferenda communis sententia, quam contra Sotum DD. citati extendunt etiam ad mortalia jam legitime confessà, ut possit simplex sacerdos illa absolvere; & insert Granado *ubi supra* in 3. part. de Sacrament. contr. 7. tract. 1. o. *disp. 4. sect. 1. num. 6.* unum valde notandum, scilicet nullum Praelatum Papa inferiorem posse hanc jurisdictionem à sacerdotibus auferre, quia quòd à Papa conceditur inferiores non possunt abrogare, & consequenter licet talis jurisdicção sit delegata, nunquam cessat nisi ob majorem excommunicationem. Hanc si Episcopus suspenderet Confessarium aliàs approbatum ab audiendis confessionibus, non intelligitur suspendisse, quia non potest ab audiendis confessionibus

confessionibus de venialibus tantum suspendere, quicquid sit de foro externo.

4. Nota etiam cum Granado *loc. cit.* quod qui conficitur sola venialia, si habeat aliquod mortale nondum confessum; quod tamen oblitus est, & propterea credat se non habere indirectè, ab illo remanere absolutum, etiam si Confessarius sit simplex Sacerdos, debet tamen postea hoc peccatum cum legitimo Confessario confiteri.

RESOL. XI.

An nominatim excommunicatus possit valide absolvere a venialibus? Ex part. 5. tractatu 9. Resolution. 84.

8.1. **A**ffirmativè respondet Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 1. dub. 6. n. 8. quia Sacerdos jure divino habet jurisdictionem, & materiam applicatam respectu venialium; sed omnino verius est, per se loquendo, non valere, pro quo suppono quod supra suo loco ostendimus, omnino verius esse jurisdictionem respectu etiam venialium jure Ecclesiastico Sacerdotibus competere, quam jurisdictionem Ecclesia possit suspendere; suspendisse autem ex eo patet, quod suspendit jurisdictionem nominatim excommunicati, & ita docet Præpositus in 3. p. q. 2. dub. 3. n. 49. cui adde Raynaudum de nomin. p. 2. c. 2. n. 23. & Avilam 2. p. c. 6. disp. 3. dub. 1. concl. 3. sed sententiam affirmativam Vasquez puto etiam probabilem esse.

RESOL. XII.

An absolutio sacramentalis data ab excommunicato vitando sit valida?

Et an hoc etiam intelligatur, si confessio, & absolutio de peccatis venialibus tantum sit?

Et an Sacerdos, v. g. qui in Hispania est nominatim excommunicatus, vel notorius Clerici percussor, si in Sicilia venit, ubi hoc ignoratur, & confertur sibi beneficium Parochiale, confessiones, quas audit, an valida sint; nam talis titulus præsumptus, & communit error facti, conferunt jurisdictionem? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 14.

8.1. **N**ovissimè tanquam probabilem affirmativam sententiam tenet Petr. Marchant in Tribu. Sacram. tom. 3. p. 1. tr. 4. tit. 1. sect. 1. g. 10. d. 1. ubi sic ait: Tenet Victoria de excommunicatione d. 312. alias 313. validam esse absolutionem datam à Sacerdote excommunicato majori excommunicatione etiam denunciato, & notorio percussore Clerici. Cujus ratio est. Quia etsi multa jura vident ne Sacerdos excommunicatus absolvat, vel confessiones audiat, nullum tamen Jus expressè absolutionem irritat, & nullum ex parte absolutionis declarat. Unde etsi denuntiatus vitandus in omni exercitio jurisdictionis declaretur in Constitut. Mart. V. Nullum tamen est verbum, quod irritet absolutionem ab eo datam, etsi ex parte penitentis ratione peccati mortalis, quod incurrit hoc ipso, quo sciens, & volens à vitando sacramenta suscipit, absolutio sit invalida. Unde probabilem judico etiam in praxi Victorie opinionem, & si Petrus confiteretur Paulo suo pastori excommunicato, & notorio percussori Clerici, vel publicè, & nominatim denunciato (quam tamen ignoraret publicè, & nominatim denuntiatum, vel Clerici percussorem, eo quod fortè à Parochia tunc absol-

set) & ab ea absolvetur, non condemnare eum ad iterandam confessionem, sed judicarem absolutionem validam. Ratio mea est conformiter ad eam, quam adfert Victoria. Quia re vera non obstante excommunicatione talis pastor non est privatus pastoralis beneficio; cui cum ex natura sua annexa sit jurisdictione in oves proprias quandiu non privatur beneficio pastoralis, tandiu non privatur jurisdictione, sed prohibetur tantum jurisdictionem exercere. Quod amplius demonstro: excommunicatio enim est juris contentiosi, sicque jurisdictione fori interni privat, non autem jurisdictione fori interni, quod maxime ad Deum spectat ut postea dicetur. Quod verò excommunicatio prohibeat usum jurisdictionis, & privet excommunicatum licita executione jurisdictionis fori interni, & secreti penitentia, est: quia ista jurisdictione non exercetur nisi signis, & actionibus externis, quas, quia externa sunt, potest Ecclesia prohibere, & ita philosophandum erit de quocumque excommunicato jurisdictionem sive ordinariam, sive delegatam habere. Nec video quid possit opponi, quod contrarium convincat: Quod enim dicitur excommunicatum denunciatum ab Ecclesia non tolerari, dendum, non tolerari quoad licitum usum, & exercitium administrationis sacramentorum, & idèd peccare, imò aliam penam irregularitatis pro multa incurere si faciat, non verò quoad jurisdictionem fundamentalem, à qua validatur actus.

2. Nec obstat, quod actus jurisdictionis externa, ut sententia, & alia facta ab excommunicato in foro externo invalidentur; Id enim fit, quia tota jurisdictione illa, sicut & ejus exercitium pertinet ad forum externum; jurisdictione autem fori sacramentalis per se pertinet ad forum internum, etsi habeat externos actus necessariò conjunctos. Et addo ad confirmationem hujus, quia excommunicatio, & suspensio sunt diversæ censuræ, quæ se invicem non includunt; atqui suspensio ab officio, cui est annexa jurisdictione hoc singulariter habet quod suspendat jurisdictionem: ergo excommunicatio per se id non facit.

3. Dices, Denunciatio id facit.

Respond. Denunciationem pro certo suspendere à licito exercitio jurisdictionis, hoc ultimum autem de ablatione, jurisdictionis aliquo clato textu probari deberet; pænæ enim stricte sunt interpretanda.

4. Petes: Hac sententia posita quæ erit distinctio inter vitandum excommunicatum, & non vitandum?

5. Respond. Hæc distinctio erit, quod à vitando scienter nemo sacramenta accipere possit, possit verò à non vitando: Neque enim Constitutio Martini V. data est in favorem excommunicatorum, sed in favorem Fidelium, ne anxietatibus multis intricarentur. Et vitatio, quæ per illam demandata est pro duobus generibus excommunicatorum, nimirum denunciatorum, & notiorum percussorum Clerici decreta est in excommunicatorum horrorem, & pœnam, & in Fidelium terrorem, supposita notitia & scientia quæ ex denunciatione, & notorietate percussoris Clerici procedit: Posita tamen inculpa ignorantia alicujus Fidelis, non est verisimile quod ab ignorante sit ille quantumvis publicè denunciatus, vel notorius percussor Clerici vitandus sub peccato mortali, & consequenter cum ex parte sua non peccet petendo absolutionem, probabiliter ex fundamētis adjunctis puto ejusmodi validè absolutum. Hæc deduxi latius ob casus occurrentes in animarum solatium: Hæc est enim hujus sæculi miseranda conditio; ut excommunicatus etiam denuncia-